♆ 92. ſideratione illarum, providentiam DEI agnoſcamus.

3. Argumentum ab inutili: *Quis ex vobis, &c.* Summa ſtultitiâ eſt inanibus curis ſe macerare. Vanum, inquit Pſal-
♆ 27. tes, eſt ante lucem ſurgere.

4. Argumentum â minori, vel non neceſſario: *Conſiderate, &c.* Et his verbis ineſt minor, ſequitur major: *Si enim fœnum, &c.* Deniq; Concluſio: *Nolite ergo.* Reſpicit hoc argumentum tantum poſterius propoſitionis membrum, quia & illud tantum fuit repetitum. Ibid. *Et de veſtimento, &c.*

V S V S.

Confidamus huic Chriſti promiſſioni, quod DEUS certò certius nos veſtire velit.

DE PERORATIONE.

Conſtat illa repetitione thematis: *Ne ſitis ergò ſolliciti, &c.*

V S V S.

Eccleſiæ paſtores, Chriſti exemplo, illa quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, auditoribus ſuis probè inculcent, ſic fecit
Philip. 3. Paulus.

2. Argumento ab inhoneſto ſumto:

Hac